
Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 50 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 105.



Cod. L. oleest
Chartac. Fol. Soc. 15.


L.
32.

Leon. Bruni Aretini Epistola.

Leonardi Bruni Aretini Epistola. Epistolarum libri octo sapius typis recusi sunt; ea editione Basileensi 1535. 8. recudi eos curavit Dom. Mansi, Hamburgi 1724. 8. Sed ingenti numero auctas et erudita prafatione ornatas vulgavit has Epistolas Ab. Laurentius Mehus Florentinus, hoc titulo: „ Epistolarum libri X. ex recensione Laurentii „ Mehus Florentia editi an. 1741. Tom. 2. in 4. Utraque destitutus editione affirmare non ausim, novas et adhuc incognitas in Ms. nostro contineri. Numero sunt 134. Sed non omnes Aretini, nec ordine chronologico conscripta, nec in libros distincta. Ex iis notatu mihi digniores videntur sequentes: Prima est Aretini ad L. Collutium s: de quo vide Cod. Ms. XIX.: et incipit: "Vereor mi „ Colloci ne te poenituerit eorum" ch. ubi inter alia conquiritur, quod inepte sibi nomen Cechi (socii), utpote patri suo proprium, attribuatur. Quinta inscribitur: " Papa comendatur Leonardus." Incipit: " Post humilem recomendationem et pe „ dum oscula beatorum." Est epistola Colluccii Pierii, qua favori Innocentii VII. Aretinum Alumnum suum comendat. Primus eam publica luci fecit Domin. Mansi in Fabric. Bibl. med. et inf. lat. T. I. p. 291. — Folio 33 habetur Epistola Aretini ad Chiriacum s: Inconitanum? qua incipit: "Melius „ erat o Ciriace non tantum sapere" ch. Sed diversa ab illa, quam vulgavit Baluzius Miscell. T. 3. p. 111. — Fol. 40. Epistola ad Eugenium IV. seu prafationem ad libros Politic. Aristot. quos vertit in latinum; prodierunt venetiis an. 1504. Incipit hoc epistola: " Libros Politicorum mul „ tis a me vigiliis." — Fol. 46. exstat Epistola ad Dominam Baptistam de Malatestis, qua incipit: „ Compulsus crebro rumore." Comendantur in ea bona studia; an eadem sit cum illa, quam

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 50 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 106.



edidit Jo. Alexander Brassicanus, argent. 1521. 8. an cum illa, qua prodiit Amstelodami aō 1645. cum Aug. Grotii et aliorum dissertationibus, ignoro. — Fol. 54. circa finem incipit fabula Boccacii de Tancrede principe Salernitano ejusque filia Sigismunda, ab Aretino ea Italico in latinum idioma translata. Initium est: "Tancredus fuit princeps Salernitanus." Agmen claudunt duo Epistolæ absque omni inscriptione.

Leonardus Brunus, ab Aretio Tusciæ oppido, ubi aō 1369. natus erat, Aretinus cognominatus, bonarum artium, ac præcipue græcarum litterarum in Italia restitutor, 7 Pontificibus Rom. a Secretis fuit. Per longum tempus gessit munus Cancellarii Reip. Florentinæ, ibique an. 1444. ætatis 75. defunctum amicum laudavit pro funere Successor ejus Franc. Poggius, cujus Oratio edita est a Baluzio Miscell. T. V. p. 8. edit Mansiana. De Scriptis et meritis docti eque adpii viri, vid. Fabric. loco cit. Freheri Theatr. Viror. illustr. p. 1426. Pope Blount censura cel. Auth. p. 753.

Aneam Sylv. Epist. 54.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 50 [Verbleib unbekannt]

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27401